



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Plebecula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Romanorum ordinibus, nuncupationibus, vexillis, & gestaminibus, ad Theodosium & Valentianum in scripto, lata de Thoracomacho indumento laneo Lybicis pellibus cooperto mentio est. Sed *Encl. l. 7.* usitatissimus semper fuit corii usus in militaribus tegumentis. Hinc apud Maronem nonnulli,

Lupi de pelle galeros

Tegmen habent capiti, vestigia nuda sinistri

Instituere pedis, erudus tegit altera pero.

BLEBECULA. XVIII

Tunica autem, plebecula signum erat, eaque etiam servi utebantur. Vulgatissimum enim est, *Vulgu imperitū & tunicaus populus trans-* Tunica autem aliquid ex Romana plebe significari. Unde Horatius, epist. lib. i. epist. 7.

Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Quæ vero esset tunicæ species, Nonius explicavit, cum sine manicis eam esse dixit, & plurimum talia rem sine manicis esse ostendit, indumentum aptum ad opera faciendâ, eaque gens otii propemodum *me vocat. Corn. Tac. in lib. de O-* nescia erat. Hinc Virgilius vulgo gratulaturus, manicatos irridet, utpote minus idoneos qui bella *natores.* negotiave, aut artes ullas tractent. Numanum enim Latinum hominem sui generis strenuitatem ja- *Et tunica manicas, & habent redimicula mitra.* ciantem, & imbelliam Phrygibus objectantem, ita loquentem inducit:

Et tunica manicas, & habent redimicula mitra.

Encl. l. 7.

ILITHYIA. CAP. XIX.

Sed ut antiquiora repetamus, Atheniensium institutum fuisse Paufanias tradit, ut Ilithyia simula- *Hypodytis Pontificis indumen-* cra ad imos usque pedes contegerentur. In Divinis vero literis tum tunica, tum color ejus hiero- *stum.* glyphice consideratur. Pontifex enim præter interiorem tunicam, quæ sit ex lino, materia quippe ter- *restri, Podere etiam vel hypodyti dicamus hyacinthino induebatur. Cœlestis enim color, dubio* procul est hyacinthinus, monumentoque est cœlestia demum meditanda, cœlestia tractando, cœlestia *discutienda, totamque mentis agitationem circa ea, quæ cœli sunt exercendam. Sunt vero interpretes,* qui non Hypodytin, sed Epandytin edidere, quod indumentum signat quod superinducitur, nimirum *enim hypodytis interior est tunica, quæ primam nostram indicabat generationem, ut apud* Hierosolymitanum Hefychium. Alii exponunt, quia hominem ostendunt interiorem: alii tunicam *hujusmodi justitiam interpretantur.*

DE PODERE. CAP. XX.

Estatem poderes, ut Eucherius, sacerdotalis vestis linea, corpori penitus adstricta, eademque *Exod. t. 28* talaris, *דָּוָד וְאֶל מִדְּבָרָיו* appellata *פֹּדֶה*, quæ & subucula dicitur. Per hanc igitur, quippe quæ vestimentis aliis subiciebatur, doctrinam sacrationem intelligi veteres Theologi tradiderunt. Exodo: *Et fecerunt vestimentum poderum sub umbone, opus textile, totum hyacinthium.*

PUDICITIA. CAP. XXI.

Quod vero in numis & monumentis aliis antiquis velata nonnumquam facies observantur cum *inscriptione PUDICITIAE, non tam ob flammeum, quo novæ nuptæ faciem obnubere solita sunt, cum ad virum traducerentur, unde illis nuptarum nomen, quam ob historiam institutum crediderim, ut ita fieret. Ab Icario enim Penelopes patre simulacrum ejusmodi dedicatum Pudori ferunt, Græcique historiam super hac re hujusmodi conscripsere. Cum Icarus ab Ulyse frustra contendisset, ut Lacedæmone habitare mallet, id demum filia persuadere conatus est, cumque acrius instaret, ne se desereret, Ulyses jussit ut ea sponte sequeretur, aut cum patre, si gravaretur, Lacedæmona rediret: Penelope obtecta facie, nihil quicquam respondebat, quare pater intellecta filia sententia, eam dimisit, & in facti monumentum, eo loco pudoris simulacrum erexit, quod in Laconia spectaba-* *Sabine A-* *driani Aug.* *Herennia* *numi.* tur. In numo, cujus inscriptio est, SABINA AUGUSTA HADRIANI AUG. ab altera parte dea sedens *velo faciem cooperta, digito dexterae indice ad jugulum admoto conspicitur, cujus inscriptio est, PUDICITIA. In alio Herennia muliebri sigillum sedens cum conto in lavam ulnam jacente, dextera velum ante faciem obducit, inscriptio est, PUDICITIA AUG. In eo quoque, cujus literæ ab una parte sunt, MARCIA OTACIL. SEVERA AUG. ab altera sigillum est, quod velum in faciem præten-*